

Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte
Herausgeber: Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel
Band: 14=4 (1896)

Artikel: Franz Hotmann, ein französischer Gelehrter, Staatsmann und Publicist des XVI. Jahrhunderts
Autor: [s.n.]
Kapitel: XVII
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111154>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 18.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

XVII.

Kriegsberichte.

H./Philipp Landgraf von Hessen.

Strassburg 1563. Febr. 3.

Illustr^e princeps, clementiss^e domine.

Vehementer equidem doleo, nihil nunc ad nos perlatum esse dignum expectatione literarum vestrarum, quas proximas accepi et quibus prius respondissem si ad me tabellarius rediisset. — Tantum hoc constat: Connestabilium esse cum Regina et principe Condæo in oppido Chastraudum quod Aureliis distat 17 millium et serio inter illos de pace consilia iniri. — Obses pro Conestablio missus est Aurelias Guisii filius Ginillius. Conestablius sancte Aurelianensibus promisit, se pacem illis reportaturum. — Sed quod ad me attinet, non puto unquam illum unde discessit reversurum. — Guisius (quod Regina ipso inscio Mareschalcos duos crearat, Viellivillium et Bourdillionem) triginta sex Equites ordinis Regii creavit, qui numerus post homines natos nunquam auditus est. — In illis est Salsedus quidam Hispanus qui negotia Episcopatus Metensis pro Card. Lothar procurabat. — C. V. potest ex illo de ceteris conjecturam facere. — Equites Germani sunt in Biturigensi agro et spem pacis otiantur. — Guisius suas copias habet in Belsia (Beaune) et quotidie ad suos Parisienses com meat. — Mortua numeruntur in Gallia his decem mensibus ducenta hominum millia Angli occupant Dieppa, Havre de grace, Tanneville, Caudebech et Quilbeuf. — De Addressio nihil possum scribere, nisi quod arbitratus ex literis Reginae Condianos omnes ad unum cæsos, dicitur e via deflexisse. — Deus et illum et

omnes alios errantes in viam removet quem oro ut C. V. spiritu sancto suo tueatur.

P. S. Baro à Dhon in prælio interfectus est.

Illustrissime princeps, vale et salve.

Argentorati III Feb. 1563.

Illust^{ae} C. V. deditissimus
Hotomannus D.

XVIII.

Kriegsberichte und einige Berichtigungen des früher Gemeldeten.

H./Philipp Landgraf von Hessen.

Strassburg 1563. Feb. 4.

Illustrissime princeps, clementiss^e D^e.

Heri scripsi C. V. nova quædam, quorum pars nuntiata nobis erat ex aula Lotharingica et Metis quæ quia falsa est volui quæ jam verissima comperimus in has literas referre. — Guisius cum exercitu suo, Regi et Regina per speciem pacis faciendæ proxime Aurelias pervenerat. — Regem et Reginam Blesis (Blois) collocavit, ipse Bogencii consedet. — Paucis post diebus flumen Ligerim trajicit ut Amirallium intercluderet Aureliarum aditu; is enim suas copias trans flumen duxerat interea dum de pace ageretur. — Amirallius ea re comperta noctu suas copias per alterum pontem Gergiam traduxit peditatim in urbem Aurelianam introduxit — particulam in urbe Plenniers præsidii caussa collocat, Guisius illum subsequens 13 tormenta in pluvia et luculenta via relinquere coactus est et statim Bogennium rediit. — Equites Germani ad Anglos missi proxime Montletzery offendunt, primo dilucuto ex improvviso. D^s De Sixpierrus, quem Guisius cum equitibus 1500 ad pontem quendam miserat, ut